UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXV. De statu monachorum, & regularium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

c. non ſolum in fin. V. Si ex juſta cauſa, ſu-
perioris auctoritate interveniente vot[um]
redemptum, vel mutatum. *c. 1. 2. 7. c. ...*
ta 9. vel dilatum. *c.* 5. *c. quod ſuper* &.
ſolutæ ſunt quæſtiones duæ de regulari[bus]
monachis, videlicet quibus modis fia[nt]
quibus modis obligentur ad regulam [ca-]
piendam.

*XXXV. De ſtatu monachorum, & re[gu-]
larium.*

1 TErtia quæſtio eſt, quis ſit ſtatus e[orum]
qui jam monachi vel regulares fact[i]
2 §. Sciendum eſt, ea, quæ ad ſtatum perti[nent]
duplicem diſtinctionem recipere. I. Q[uæ-]
dam ſunt neceſſario obſervanda, ita u[t]
quidem Papa adverſus ea diſpenſare p[oſſit]
atque hæc ſunt tria, quæ vocantur ſubſta[n-]
tialia, nempe propriæ voluntatis renun[cia-]
tio, proprietatis abdicatio, & caſtitatis ob[ſer-]
vatio: alia ſunt, in quibus diſpenſatio ad[mit-]
titur, ut propriæ regulæ obſervatio in ve[ſti-]
mentis, cibo ſumendo, & cæteris ad regu[lam]
pertinentibus. *c.* 6. II. Alia ſunt commu[nia]
canonicis regularibus & monachis, ut ea, q[uæ]
ſubſtantialia vocari dixi: alia ſunt monach[o-]
rum propria, quia regulares canonici ſe[-]
viunt regulæ laxiori, ideoque facilius ad re-
3 gimen Eccleſiæ aſſumuntur. *cap.* 5 §. Ut autem
ſtatus conſervetur, id eſt, ut regula obſerve-
tur, jure cautum eſt, ut in ſingulis regnis ſive
pro-

vinciis convocetur commune capitulum, quo eligantur viſitatores, qui ſingulas ab- tias ejus regni ſive provinciæ, non ſolum monachorum, ſed etiam monialium viſitent; ea, quæ reformatione ſeu correctione indi- nt, reforment & corrigant. *c.* 7. & 8.

XXXVI. *De religioſis domibus, ut Epiſco- po ſint ſubjectæ.*

Nter cætera ad ſtatum monachi pertinet, ut in monaſterio ſeu clauſtro degat. *16. q.* 1. *placuit communi* 8. *c. juxta* 11. quod eſt ſpe- s religioſæ domus: religioſæ enim domus cantur, quæcunque religionis vel pietatis uitu ſunt exſtructæ, ut Monaſteria, Or- notrophia, Xenodochia, &c. quæ omnes jectæ ſunt Epiſcopo, ſicut hoc titulo de- ratur.

XXXVII. *De capellis monachorum, & aliorum religioſorum.*

ERgo Epiſcopo ſubjectæ ſunt etiam capel- 1
læ monachorum, & aliorum religioſo-
m: nam hæc quoque ſunt loca religioſa.
Nota, in Eccleſiis, ubi monachi habitant, 2
populum non regi a monacho, ſed a Capel-
ano, quem Epiſcopus cum conſilio mona-
horum eligit. *c.* 1. De regularibus & mona-
his hactenus.

XXXIIX. *De jure Patronatus.*

QVæ deinceps explicabantur, tam clericis ſecu-